



## **Crimen Fori Ecclesiastici**

Seu Decretalium Gregorii IX. Pont. Max. Liber V ; Brevi Methodo ad discentium utilitatem Expositus, In quo praecipuae circa Materiam hujus Libri Quinti, quae tum in Theoria, tum in praxi occurrunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & horum solutionibus

Accedunt tres Indices, unus Titulorum initio Operis, duo rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem, prior quidem super Tomum praesentem, alter compendiosus super Universum Jus Canonicum

**Schmalzgrueber, Franz**

**Ingolstadii, 1727**

**VD18 13510827-001**

Index Rerum Et Verborum. Numerus Major Titulum, Minor numerum Tituli indicat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75255)



# INDEX

## RERUM ET VERBORUM. NUMERUS MAJOR TITULUM ,

Minor numerum Tituli indicat.

### A.

#### Abbas.

Quando tantum ipse locus principalis, e. g. Monasterium exemptum est, non autem Parochia, vel Beneficia annexa, Abbas exemptus pro talibus locis non exemptis Episcopo reverentiam exhibere, ad Synodum Diocesanam venire, ejusque mandata super illis membris suscipere tenetur, ita tamen, ut in Synodo Diocesana prerogativam, et primum post Episcopum locum obtineat. XXXIII. 149.

Quando Abbas ratione sui exemptus est, hoc ipso exempta sunt Monasterij membra. 162.

Abbas agere injuriarum potest ob injuriam illatam Monasterio, vel Monacho. XXXVI. 19.

Si tamen injuria talis aliquo modo redundet in contemptum Religionis. 20.

Abbatibus, et alij Prælati, habentes propriam Diocesin, possunt dispensare in Irregularitate. XXXVII. 121.

Abbatibus, et similes Præpositi Regularium possunt ferre Censuras. XXXIX. 13.

Possunt absolvere subditos suos Regulares ab Excommunicatione Canonis ob percussivum Clerici: et quando? 255.

#### Absens.

An absens à Censura absolvi possit? XXXIX. 162.

#### Absolutio.

Censuratus absolvens moribundum, qui copiam R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

alterius Sacerdotis non Censurati non habet, non incurrit Irregularitatem. XXVII. 9.

Extra articulum mortis Excommunicatus absolvens immunis est ab Irregularitate, si toleratus sit. 21.

Secus, si non sit toleratus. 22.

Indultum, datum alicui, ut absolvat aliquas personas determinatas, probabiliter morte concedentis non extinguitur. XXXIII. 158.

An is, qui rite peracta Purgatione absolutus est, super eodem crimine possit denuo accusari. XXXIV. 36.

An valeat absolutio collata à Sacerdote, quem Episcopus idoneum judicavit, cum re ipsa non esset? XXXVIII. 36.

Quomodo acquiratur potestas absolvendi delegata? 40.

An in articulo mortis absolvere possit Sacerdos simplex, presente proprio, aut privilegiato, vel Excommunicatus vitandus, presente non Excommunicato? 41.

An qui in articulo mortis, proprio, vel privilegiato, aut non Censurato Sacerdote absente, absolutus est à Sacerdote simplici, vel Excommunicato, si periculum illud præter expectationem cesset, iterum confiteri Sacerdoti proprio, vel pro reservatis sistere se superiori debeat. 42.

A quibus peccatis, et Censuris Confessarius absolvere possit tempore Jubilæi? 140.

An à reservatis absolvi tempore Jubilæi possit, qui opera præscripta nondum peregit? 162.

Quis absolvere à Censura possit? XXXIX. 85.  
Qua forma, ritu, et conditionibus Absolutio censuræ sit concedenda. 98.

## RERUM ET VERBORUM.

Quot modis contingat absolutionem à Censura fieri? 103.  
 An Censura semel incurfa non possit aliâ vitâ tolli, quam absolutione? 107.  
 An valida sit absolutio, ab Excommunicato vitando data? 164.  
 Quis possit absolvere ab Excommunicatione minori? 205.  
 Quis ab Excommunicatione Canonis? 243.  
 Quis à Suspensionis Censura? 313.  
 Quis ab Interdicto? 400.

### Abusus.

Privilegium cessat abusu. XXXIII. 146.

### Accusatio.

Utrum Purgatio Canonica rectè indicatur accusato, qui criminis, de quo diffamatus est, convinci non potest. XXXIV. 13.  
 An is, qui vite peracta purgatione, absolutus est, super eodem crimine possit denuo accusari? 36.  
 Infames non possunt accusare. XXXVII. 172.

### Acquisitio Privilegij.

V. Privilegium.

### Actio.

Maledicus in proximum tenetur actione injuriarum, & Palinodie, seu Recantationis. XXVI. 3.  
 Habens Ususfructum in prædio adversus dominum prædij, si hic attentet aliquid edificare, quod præjudicet Ususfructui, habet Actionem Confessoriam ad vindicandum Ususfructum, & simul ad interesse, si quod ei nocumentum acciderit. XXXII. 4.  
 Quinam Actioni injuriarum obnoxij sint? XXXVI. 3.  
 Quenam actio oriatur ex injuria? 24.  
 Quid sit Actio ad Palinodiam? 30.  
 Quando competat? 51.  
 Quibus? 32.  
 An cumulari possit cum actione injuriarum? 33.  
 An is, qui verum crimen alicui objecit, teneatur actione injuriarum? 37.  
 Quot modis Actio injuriarum tollatur? 48.  
 Quâ actione vindicetur damnum non lucrosum, dolo, vel culpâ datum? 58.  
 V. Lex Aquilia.  
 Quâ actione repetatur damnum à domino, quod Servus, vel quadrupes illius dedit? 103.

### Actor.

Excommunicatus non potest esse actor. XXXIX. 167.

Quod intelligendum est de Excommunicato vitando. 168.

### Adulterium.

In Clericum reum adulterij potest decerni degradatio Verbalis. XXXVII. 143.  
 Uxor adultera non tenetur regulariter ad manifestandam prolem spuriam, cum vitæ, aut etiam infamie gravis periculo. XXXVIII. 104.  
 Utrum teneatur crimen suum manifestare mater saltem proli spurie? 108.  
 Quomodo impedire, vel compensare teneatur, vel possit damnum prolibus legitimis ex isto ortum? 109.  
 Ad quid teneatur Adulter? 112.

### Advocatus.

Infamis non potest esse Advocatus. XXXVII. 172.  
 Uti nec Excommunicatus. XXXIX. 167.  
 Quod intelligendum est de Excommunicato vitando. 168.  
 Reus Excommunicatus, citatus ad iudicium, potest eligere Advocatum. 169.

### Ædificium.

An quilibet in fundo suo edificare valeat, quidquid, & quomodo ipsi placuerit? XXXII. 36.  
 Quomodo impediri ædificium, in præjudicium alterius ceptum possit? V. Nuntiatio novi operis.  
 Per hoc, quod quis longo tempore non edificarit, non hoc ipso acquisita censetur vicino servitus alterius non tollendi &c. 37.  
 Privatam ædificium non licet sic attollere, ut ex eo videri possint Religiosi aut Religiose persone, intra domus proprias religiose habitantes. 40.  
 Si privilegium sit reale, inherens ædificio, hoc destructo autoritate Superioris, sine spe reedificationis, privilegium tollitur, manet verò, si destructum sit cum spe reedificationis. XXXIII. 148.  
 Si verò casu solùm, aut subitâ ruinâ, aut per belli iniurias destructum sit, casu, quo ipsi solo datum est, manet; si verò directè respiciat ædificium, suspenditur & reviviscit ædificio reparato. 149.  
 Si Communitati datum sit, cum ea transit, quocunque ista devenerit ibid.

### Amens.

V. Furiosus.

### Amissio Privilegij.

V. Privilegium.

Aan-

**Anathema.**

Quid sit? XXXIX, 117.

**Annus Sanctus.**

V. Jubilæum,

**Apostasia.**

Puniri potest Degradatione verbali. XXXVII.

In Apostatas ferri Censura Ecclesiastica potest. 143.  
XXXIX, 37

**Appellatio.**

Censuratus, exercens actum Ordinis, post Appellationem, à Sententia Censuræ contra se lata interpositam, non fit Irregularis. XXVII, 13.

Si detur Privilegium, ut procedatur in causa, appellatione remota intelligitur de justa Appellatione, ut vim habeat privilegium. XXXIII, 11.

Si Episcopus adversus Exemptos procedat, ut Sedis Apostolica Delegatus, ab eo ad Summum Pont. appellandum est. 252.

Si ut Ordinarius, ad Metropolitanum, ibid.

Quamvis etiam hoc casu immediate ad Pontificem appellari possit, & aliquando expediat, ibid.

Is, cui Purgatio Canonica indicta est ab Episcopo, si habeat justam causam, appellare ad Superiorem potest. XXXIV, 22.

Si quis per sententiam privatus Beneficio, à Sententia hac appellavit, durante appellationis Judicio, nondum censeri debet privatus Beneficio. XXXVII, 59.

Reus Excommunicatus potest appellare. XXXIX, 169.

**Approbatio.**

Regulares, etiam Exempti, quoad approbationem ad Confessiones Secularium audiendas subjacent Episcopo Diocesano. XXXIII, 253.

Quid sit Approbatio, & quæ ejus necessitas? XXXVIII, 27.

Cui competat potestas approbandi Sacerdotes ad excipiendas Confessiones Pœnitentium? 28.

An Episcopalis approbatio necessaria sit etiam Sacerdotibus, qui Gradu Doctoratus, vel Licentiæ in SS. Theologia, vel Jure Canonico insigniti sunt? 30.

A quonam Episcopo danda sit approbatio? 31.

Quando, & quomodo concedi ab Episcopo soleat, & possit approbatio ad audiendas Confessiones? 32.

An Episcopus Approbationem, nullâ ad Examen admissione factâ, Sacerdoti seriò eam petenti negare possit? 33.

An sufficiat Approbatio petita, si ab Episcopo injustè denegetur? 34.

An approbatio ab Episcopo restringi valeat ad certum tempus, locum, vel personas? 35.

An valeat absolutio data à Sacerdote, quem Episcopus idoneum judicavit, cum reipsa non esset? 36.

An approbatio semel data ab Episcopo, vel ejus Successore revocari possit. 37.

**Aqua.**

Olim frequenter fiebat Purgatio per aquam ferventem. XXXV, 4.

Aut per frigidam. 5.

Hæc merito reprobatur. 7.

Ufus aque benedictæ Excommunicato permittitur. XXXIX, 133.

**Arbiter.**

Excommunicatus non potest esse arbiter. XXXIX, 167.

**Archiepiscopus**

Non potest dispensare in Irregularitate cum subditis Suffraganei sui, nisi in causis ad ipsum per appellationem devolutis. XXXVII, 120.

Potest concedere Indulgentias tam pro sua, quam pro Suffraganeorum suorum Ecclesiis: ad quantum tempus? XXXVIII, 120.

Potest ferre Censuras quoad sibi subditos. XXXIX, 13.

Non autem in subditum Suffraganei sui, nisi visitet actu, vel ad ipsum devolvatur causa per Appellationem. 40.

Non potest eosdem subditos absolvere, nisi tempore Visitationis, aut causâ per appellationem ad se devoluta. 91.

**Articulus Mortis.**

V. Mors.

**Assassinium.**

Clericus, qui ob commissum Assassinium ipso Jure amisit Beneficium, vel Officium suum, potest illud retinere usque ad sententiam declaratoriam criminis. XXXVII, 52.

Reus istius criminis puniri potest Degradatione verbali. 143.

**Assessor.**

Infames non possunt esse Assessores in Judicio. XXXVII, 172.

\* 2 2

Astro-

## RERUM ET VERBORUM.

### Astrologoi.

Non tenentur actione injuriarum, si consulti, ex astris predicant aliquem v. g. esse furem. XXXVI. 6

### Afyllia.

Afyllia privilegium est reale. XXXIII. 33.

### Auxilium.

Qui auxilium alteri tulit, ut damnum daret, tenetur, et ipse ad reparationem damni. XXXVI. 87.

### B.

### Bannum Imperiale.

Quid sit, et à quo decerni possit? XXXVII. 207.

### Baptismus.

Censuratus baptizans non solemniter non incurrit Irregularitatem. XXVII. 6.

Secus, si solemniter Baptismum administret, vel post eum privatim collatum, solemnitates suppleat. 30.

Mas non baptizatus, exercendo actus Ordinis, per hoc non efficitur Irregularis. XXVIII. 6.

An Irregularitatem incurrat Laicus solemniter baptizans. 21.

In non baptizatum non cadit Irregularitas. XXXVII. 71.

Iterantes Baptismum Irregulares fiunt. 72.

An aliqua Irregularitas tollatur per Baptismum? 110.

Non baptizatus indulgentias lucrari nequit. XXXVIII. 132.

Nec delegari eidem potestas censurandi. XXXIX. 14.

An non baptizatos non potest ferri Censura Ecclesiastica. 37.

Baptismus moribundo administrari etiam ab Excommunicato potest, si alius non adsit, qui hoc faciat. 145.

Potest administrari tempore interdicti, etiam solemniter, et non solum infantibus, sed etiam adultis. 351.

Idem dicendum quando Minister Baptismi est subiectus interdicto generali personali; secus si specialiter sit interdictus. ibid.

Tempore Cessationis à Divinis Baptismus administrari potest tam parvulis, quam adultis. 412.

### Bellum.

Nemo tenetur ad compensandum damnum in

bello justo adversario datum. XXXVI. 81.

### Benedictio.

Tempore interdicti benedici non possunt nuptia. XXXIX. 359.

Quanam alia Benedictiones prohibeantur tempore interdicti? 361.

### Beneficium.

In quo differat privilegium à beneficio Principis. XXXIII. 6.

### Beneficium Ecclesiasticum.

Clericus, ministrans in Censura Ecclesiastica, ipso Jure privatur Beneficijs suis. XXVII. 3.

Si Pontifex mandatum dedit de conferendo Beneficio in certa Ecclesia, id protenditur usque ad Canonatum, si in ea Ecclesia non sint alia Beneficia. XXXIII. 11.

Errata sunt Collationes, Confirmationes, uniones Beneficiorum, à Sede Apostolica factae, si istorum possessio apprehendatur ante Litteras expeditas. 14.

Non expirat probabilis morte Pontificis mandatum, quod ab hoc datum est, ut providearis in Beneficio aliquo tunc vacante. 158.

Clericus, ex dispensatione obtinens plura Beneficia ob tenuitatem illorum, licite ea retinet, etiam si successu temporis singula Beneficiato sustentationem congruam praebeant. 171.

Usque ad sententiam declaratoriam criminis retinere Beneficium suum beneficiarius potest, qui suo beneficio ipso Jure privatus est. XXXVII. 52.

Irregularis non potest licite accipere beneficium. 91.

An collatio beneficij, Irregulari facta, sit valida? 93.

An Irregularitas ipso jure privet beneficij ante Irregularitatem obtentis? 96.

Privatio beneficij induci potest vel ipso jure, vel per sententiam condemnatoriam. 128.

Effectus privationis ipso jure inductae. 129.

Effectus inductae per sententiam condemnatoriam. 130.

Quando poene huic sit locus? 131.

Quomodo Excommunicatio privet beneficij Ecclesiasticis Excommunicatum? XXXIX. 147.

An valida sit acceptatio beneficij, collati Excommunicato tempore habili, si ipsa acceptatio fiat tempore inhabili, sive quo jam ligatus Censurâ est, 149.

Quomodo Excommunicatio privet fructibus, 150.

## RERUM ET VERBORUM.

- Et proventibus Beneficii Excommunicatum? 156.  
 Collatio beneficii, ab excommunicato facta, invalida est: ubi, quid nomine Collationis hic comprehendatur? 164.  
 Triennio perseverans in excommunicatione, a iudice privari debet beneficiis ante obitum. 197.  
 Ligato excommunicatione minori conferri beneficium nequit. 201.  
 Quamvis collatio ipsi facta probabilis valeat. 203.  
 Est tamen irritanda. ibid.  
 Quid requiratur, ut irritatio locum habeat? 204.  
 Absolutè suspensus ab Officio non potest eligi ad beneficium Ecclesiasticum. 296.  
 Suspensus ab Officio eo ipso suspensus est a beneficio. 297.  
 Vocem tamen probabiliter in Capitulo habet. 298.  
 Suspensus à Beneficio non privatur Beneficio, sed tantum illius fructibus. 299.  
 Mandatum de providendo alicui de beneficio proxime vacaturo exaudiendum est pro qualitate personæ Clerici, ita, ut conferendum illi sit Beneficium Regulare si Regularis, secularis, si secularis sit. XL. 15.

### Bigami.

- Irregulares sunt. XXXVII. 73.  
 Non gaudent privilegio Canonis. 218.

### Blasphemia.

- Committitur in Deum Et sanctos. XXVI. 1.  
 Tribus modis hæc fieri potest. 12.  
 Est gravissimum peccatum, Et severissimis poenis castigatur in Veteri Testamento. 15.  
 Jure Ecclesiastico. 16.  
 Et Civili. 17.  
 Quando poenæ hæc incurrantur? 18.  
 Quæ sit hodierna poenarum istarum observantia? 20.  
 Quis sit Iudex competens respectu criminis Blasphemæ? 23.

### Bona.

- Quotuplicis generis sint bona, in quibus fideles communicant inter se? XXXIX. 2.  
 Censura primario privat bonis spiritualibus: Et quibus? 4.  
 Quibus privet excommunicatio major? 114.  
 Quibus privet excommunicatio minor? 116.

### Bos.

- Damnum à Bove cornupeta, vel alio jumento illatum rescarcire debet dominus illius, qui illam non custodivit, aut hoc R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

dimisit, cum scire potuerit Et debuerit periculum esse, ne depasceret aliena? XXXVI. 84.

### Brocardicæ Regulæ.

#### V. Regula.

#### Bruta.

Poenam propriè dictam pati non possunt. XXXVII. 15.

#### Bulla Cœnæ.

Casus in hac reservati Papæ. XXXIX. 213.

#### C.

#### Calumnia.

Quando maledicentia appelletur Calumnia. XXVI. 2.  
 Si nuntians novum opus ad instantiam edificantis nolit jurare de calumnia seu quod existimet se justam causam habere prohibendi operis incepti perfectionem, malitiosè nuntiassè presumitur, Et ideo nuntiatio pro non facta habetur. XXXII. 32.

#### Campana.

In privatis Oratoriis Campana haberi non debet, aut ea pulsari publice. XXXIII. 107.  
 Ad salutationem Angelicam, Concionem, delationem SS. Eucharistia ad egrotum pulsari campana tempore interdicti possunt. XXXIX. 364. 366.

#### Canonica Purgatio.

V. Purgatio Canonica.

#### Canonis Excommunicatio.

V. Excommunicatio Canonis.

#### Capella.

Nuntiari novum opus potest etiam contra edificantem Capellam in præjudicium Parochialis Ecclesiæ. XXXII. 10.  
 Capelle in locis non exemptis sine licentia Ordinarii loci, Et in Exemptis sine licentia Papæ edificari non debent. XXXIII. 211.  
 Quando exemptum est Monasterium, non hoc ipso exemptæ sunt Capelle ipsi subjectæ. 261. In.

\* b

# INDEX

*Interdicta aliqua Ecclesia interdicta censetur  
capella illius.* XXXIX, 329.

## Capitulum.

*Si Episcopo facultas concessa sit creandi no-  
vam Dignitatem in Ecclesia ad eam cre-  
andam non indiget consensu Capituli,*  
XXXIII, 11.  
*An, & quando Prelatus cum Capitulo, vel Con-  
ventu renuntiare privilegio possit.* 182.  
*Si privilegium sit utile, & honorificum, unus  
solus aliis de Capitulo contradicere, &  
renuntiationem privilegii impedire potest.*  
185.  
*Capitulum Sede vacante potest dispensare in  
irregularitate.* XXXVII, 121.  
*Potest dare approbationem ad audiendas Con-  
fessiones fidelium.* XXXVIII, 28.  
*Habet Jurisdictionem Ordinariam absolvendi à  
peccatis respectu totius Diocesis.* 39.  
*Non potest dare Indulgentias.* 121.  
*Potest ferre Censuras* XXXIX, 13.  
*Idem possunt Capitula Generalia, & Pro-  
vincialia quarundam Religionum.* ibid.  
*Capitulum, Sede vacante, potest interdicere,  
medio Vicario à se electo.* 341.  
*Potest indicere cessationem à Divinis.* 414.  
*Quibus conditionibus.* 415.  
*An eas conditiones observare debeat Capi-  
tulum Sede vacante?* 416.  
*Utrum valeat cessatio, à Capitulo indicta, non  
observatis his conditionibus.* 419.

## Carcer.

*Fugis diuturnitas pœne mitigationem meretur.*  
XXXVII, 40.  
*An teneatur reus, ad carcerem, vel exilium  
condemnatus, in se exequi sententiam  
contra se latam?* 104.  
*Quando incarcerationio decerni possit in clericos.*  
191.  
*An etiam pœne causa.* 191.  
*In quem sinem adhibeatur in foro Seculari,* 215.

## Cardinalis.

*In eum, qui S. R. E. Cardinalem fuerit ho-  
stilitate persecutus, vel percusserit, ve-  
luti in reum Majestatis, proceditur.*  
XXXVI, 25.  
*Cardinales possunt sibi eligere Confessarium,*  
XXXVIII, 45.  
*Possunt concedere indulgentias in Ecclesiis sui  
Tituli.* 120.  
*Possunt ferre censuras in iisdem Ecclesiis,* XXXIX,  
13.

## Carena.

*Quid sit?* XXXVIII, 117.

## Casus Fortuitus.

*Quando damnum censetur casu fortuito datum?*  
XXXVI, 57.  
*Ex damno per casum fortuitum dato nemo ob-  
ligatur ad illud compenandum, nisi ita  
conventum fuerit.* 79.

## Catechumeni.

*Non sunt capaces censurae Ecclesiasticae.* XXXIX,  
37.

## Caupo.

*Caupo, si in caupona, vel stabulo per famu-  
los, aut inquilinos viatoribus damnum  
illatum est, quanquam particeps ipse  
nullo modo sit, teneatur ex quasi delicto.*  
XXXVI, 102.

## Causa.

*An ad valorem privilegii requiratur justa cau-  
sa?* XXXIII, 16.  
*Cessante causa, cessat privilegium.* 146.  
*Quando cesset?* 166.  
*An privilegium, gratia, vel dispensatio ex-  
spiret, quando causa dispensationis, vel  
gratie integrè cessat, antequam illa pro-  
ducatur ad effectum integrum.* 172.  
*Qui causam damni aedit, damnum dedisse cen-  
setur, & propterea ad reparationem  
illius tenetur.* XXXVI, 88.  
*An ad indulgentias concedendas requiratur ju-  
sta, & rationabilis causa?* XXXVIII, 129.  
*Quanam sint cause justae dandi indulgentias,* 131.

## Cautio.

*Si nuntians novum opus cautionem ab ad-  
ficante sibi oblatam acceptet de novo opere  
destruendo, ubi injustè ceptum esse con-  
stituerit, nuntiatio extinguatur.* XXXII, 31.  
*Non tamen talem nuntiationem nuntiator acce-  
ptare cogitur.* ibid.

## Censura.

*Pœna Clerici ministrantis in censura Ecclesiasti-  
ca.* XXVII, 2.  
*Episcopi non possunt vexare indebitè subditos  
suos Censuris.* XXXI, 1.  
*In observatione interdicti, & aliarum censu-  
rarum, quae ab Episcopis indicta sunt,  
debent istis parere etiam Regulares ex-  
empti.* 5. & XXXIII, 253.  
*Qui Delictum commisit, cui ipso Jure anne-  
xa est Censura, statim pro censurato  
habere se debet.* XXXVII, 46.  
*Discrimen censurae ab irregularitate.* 68.  
*Violantes censuram Ecclesiasticam irregulares  
sunt.* 72.  
Cen-

## RERUM ET VERBORUM.

<i>Censuræ Definitio.</i>	XXXIX. 1.
<i>Explicatio Definitionis.</i>	2.
<i>Divisio censuræ.</i>	6.
<i>Potestas ferendi Censuras est penes Ecclesiam.</i>	12.
<i>Quinam censurare possint potestate Ordinaria.</i>	13.
<i>Qui Delegata.</i>	14.
<i>Utrum potestas ista delegari etiam femine possit.</i>	15.
<i>An competat Parocho.</i>	18.
<i>Utrum acquiri consuetudine possit.</i>	21.
<i>Conditiones ad ferendam censuram requisite.</i>	22.
<i>An, &amp; qualis monitio præcedere debeat.</i>	27.
<i>Quando speciali monitione non sit opus?</i>	30.
<i>In quos Censura ferri possit, vel non possit?</i>	35.
<i>An etiam in impuberes.</i>	41.
<i>Vel in integram Communitatem?</i>	44.
<i>Utrum Episcopus censuram ferre possit in Peregrinum.</i>	47.
<i>Vel in subditum, extra Diocesim illius commorantem.</i>	49.
<i>An possit aliquis affici duplici Censura, an etiam ob culpam venialem.</i>	56.
<i>Aut ob actum merè internum.</i>	61.
<i>Vel ob peccatum merè præteritum.</i>	66.
<i>An censura imposta contra facientes comprehendat etiam mandantes, &amp; consulentes?</i>	72.
<i>An casu, quo expressè contra mandantes, consulentes &amp;c. lata est, eam incurrat etiam, qui mandatam, vel consilium revocavit.</i>	72.
<i>Quæ causæ excusent ab incurrenda censura.</i>	75.
<i>Quis absolvere possit à censura.</i>	85.
<i>Quæ formæ, ritus, &amp; conditionibus absolutio censuræ sit concedenda.</i>	98.
<i>Quot modis contingat absolutionem à censura fieri.</i>	103.
<i>An censura semel incurta non possit aliâ viâ tolli, quam absolutione.</i>	107.

### Census.

<i>Utrum ex censu annui solutione, facta Romano Ecclesie, sufficienter probetur Exemptio?</i>	XXXIII. 269.
---	--------------

### Cessatio à Divinis.

<i>Non est Censura.</i>	XXXIX. 6.
<i>Definitio Cessationis.</i>	402.
<i>Differentia ab interdicto.</i>	403.
<i>Varietas.</i>	404.
<i>Effectus.</i>	405.
<i>An omnes effectus habeat quilibet cessatio?</i>	406.
<i>An aliquando tempore cessationis celebrari Divina possint?</i>	407.
<i>An tempore cessationis Clerici Horas dicere bini, &amp; bini possint?</i>	411.

<i>An Sacramenta ministrari, &amp; recipi?</i>	412.
<i>An dari sepultura Ecclesiastica?</i>	413.
<i>Quis possit indicare Cessationem?</i>	414.
<i>Ob quale delictum, &amp; quâ formâ indici possit?</i>	417.
<i>Quæ sit obligatio servandi cessationem?</i>	421.
<i>An eam servare debeant Religiosi exempti?</i>	422.
<i>Quæ sit pœna violantis Cessationem?</i>	423.
<i>Quis illam relaxare possit?</i>	424.

### Chirurgus.

<i>Si ægrum, cuius curam suscepit, deseruit, aut imperitè curet, &amp; iste moriatur, ad damni reparationem tenetur.</i>	XXXVI. 83.
--	------------

### Chrisma.

<i>Regulares etiam exempti Chrisma petere ab Episcopo Diocesano debent.</i>	XXXIII. 253.
<i>Potest tempore interdicti confici Chrisma pro Sacramento Confirmationis administrando, si consecratum non habeatur.</i>	XXXIX. 352.

### Cisterna.

<i>Qui effodit cisternam, &amp; non cooperuit, pretiam animalis in eam lapsi reddere obligatur.</i>	XXXVI. 84.
---	------------

### Clerici.

<i>Clericis Venatio est interdicta.</i>	XXIV. 2.
<i>Non tamen quietæ.</i>	4.
<i>Sed clamorosa tantum.</i>	5.
<i>Pœna Clerici Venatoris.</i>	9.
<i>Specialiter Clerici prohibentur percutere alios.</i>	XXV. 1.
<i>Quibus id liceat?</i>	2.
<i>Pœna Clerici percussoris.</i>	8.
<i>Quando Clericus percussor deponi possit etiam ob percussorem non enormem?</i>	12.
<i>Pœna Clerici depositi, ministrantis in ordine, vel Officio sibi prohibito.</i>	XXVII. 1.
<i>Pœna Censurali ministrantis.</i>	2.
<i>Requisita, ut irregularitas ab hoc incurratur.</i>	5.
<i>Causæ, ab irregularitate hac excusantes.</i>	11.
<i>Pœna ministrantis in ordine non suscepto.</i>	XXVIII. 2.
<i>Requisita, ut iste irregularitatem incurrat.</i>	6.
<i>An eam incurrat exercens actum Ordinis sine intentione eum exercendi.</i>	10.
<i>An ministrans in Ordine defectuosè suscepto?</i>	13.
<i>Vel in ordine minore?</i>	15.
<i>An irregularis fiat Sacerdos simplex conferens ordines, consecrans Ecclesias &amp;c.</i>	18.
<i>Quis dispensare possit in ista irregularitate.</i>	26.
<i>Quando clericus, vel Monachus statum mutat, non amplius gaudet privilegiis Statûs.</i>	26.



clericis, vel Monasterii. XXXIII. 160.  
 Non potest ullus clericus etiam pro se renuntiare privilegio canonis, & fori. 179.  
 Clericus, qui ad statum Matrimoniale transit, & Laicè vivit ipsa rei naturâ amittit privilegium clericale. 201.  
 Coram quo Judice conveniendi sint clerici, & Religiosi exempti. 251.  
 An per privilegium Exemptionis Exempti omnino subtrahantur à Jurisdictione Episcopi. 252.  
 Quibus casibus huic subiecti sint? 253.  
 An coram isto conveniri possint ratione delicti, vel contractus? 255.  
 An si exempti sint clerici alicujus Ecclesie, etiam exempta sit ipsa Ecclesia. 260.  
 An contra, si exempta sit Ecclesia, exempti sint etiam illius clerici? 263.  
 An Repressalia concedi possint adversus personas Ecclesiasticas, vel bona eorum? XXXIV. 116.  
 An clericus realiter degradatus à Judice Seculari torqueri valeat? XXXVII. 162.  
 Quando incarcerationi decerni possit in Clericos? 191.  
 An etiam pœne causa? 192.  
 An Clerici torture subiecti possint? 196.  
 Cui cedant bona clericorum Episcopo addicta. 200.  
 Clerici non excommunicati licitè communicant cum Episcopo suo excommunicato. XXXIX. 188.  
 Quinam clerici gaudeant privilegio canonis. 217.  
 An nullus ferre sententiam Suspensionis possit, nisi Clericus? 272.  
 An cadere illi in alium, quàm clericum possit. 273.  
 Quinam clerici affici suspensionis censurâ possint. 277.  
 Interdicto populo, clerus non censetur interdictus; nec contra interdicto clero, populus. 338.  
 Interdicto clero alicujus Ecclesie, non hoc ipso talis Ecclesia interdicta censetur. 339.  
 An interdicto clero alicujus loci, sub nomine cleri contineantur Religiosi. ibid.  
 Clericis, tempore interdicti decedentibus, conceditur Sepultura Ecclesiastica. 370.  
 Utrum privilegium hoc extendatur etiam ad interdictum speciale locale? 374.  
 Quomodo peccet clericus violans interdictum. 390.  
 Quomodo Laicus peccet, si violat interdictum. 391.  
 Pœna violantium interdictum? 394.  
 Clerici violatores interdicti non gaudent privilegio, ut sepeliri possint tempore interdicti. 396.  

**Cognatus.**

 An pro injuria illata cognato agere possit cognatus? XXXVI. 23.

An Pater, aut alii propinqui, vel consanguinei Ecclesiasticos sibi subditos punire possint? XXXIX. 240.

**Collatio.**

Collationes Beneficiorum, à Sede Apostolica facte, sunt irritæ, si possessio eorum apprehendatur ante Litteras Apostolicas expeditas. XXXIII. 14.

**Collegium.**

Clericos simul degentes in Collegiis Universitatum, si se invicem percussiant, & percussio non sit enormis, absolvere potest Episcopus. XXXIX. 251.

**Commodatarius.**

Commodatario non conceditur actio Legis Aquilie, quando res ipsi commodata corrupta, vel deteriorata est. XXXV. 68.

**Communicatio.**

Quot modis Excommunicatio fidelium communicatione privet in civilibus? XXXIX. 167.  
 Quomodo privet communicatione forensi? ibid.  
 Quomodo in Officiis publicis? 170.  
 Et in contractibus. 174.  
 Quomodo privet communicatione Politica: & in quibus? 177.  
 Sub qua culpa fideles prohibeantur communicare cum excommunicato, & vicissim? 178.  
 Quibus casibus communicatio cum illo sit licita. 183.

**Communitas.**

Quis puniri debeat, quando deliquit communitas? XXXVII. 20.  
 An censura ferri possit in integram communitatem. XXXIX. 44.  
 An etiam Communitas suspendi possit. 279.  
 Quae persone comprehendantur, quando interdictitur Communitas? 324.  
 An Communitas interdicti possit? 344.  
 Utrum possit Interdictum ferri in communitatem ob culpam alicujus persone privatae. 345.  
 An possit ferri pro delicto commisso à communitate, vel à capite communitatis in retinendo eæ alieno. 347.  
 An Interdictum, in communitatem latum, cesset sublata communitate? 399.

**Compenfatio.**

An casu quo revocatur privilegium remuneratorium, opus sit compensatione. XXXIII. 213.  
 rium,

## RERUM ET VERBORUM.

Quid si Princeps revocet privilegium subdito datum ex Contractu oneroso? 226.  
 Quid sit datum ex contractu mere lucrativo, vel per donationem. ibid.

### Compurgatores.

In Purgatione Canonica debent adhiberi Compurgatores, qui jurare debent de innocentia Rei. XXXIV. 9.  
 Discrimen inter Juramentum purgandi, & Compurgatorum. 10.  
 Compurgatores solum jurant de credulitate. 11.  
 Quales hi esse debeant? 28.  
 Quot debeant esse? 33.  
 Quomodo examinandi sint? 34.

### Concilium.

Concilia Generalia, & Provincialia possunt ferre Censuras in sua Provincia, aut Natione. XXXIX. 13.

### Concio, Concionatores.

Concionator non tenetur actione injuriarum, si depravatos seculi mores, & invalescentia hominum vitia pro concione paulisper acris, nullam tamen personam nominatam, aut indicatam, perstringat. XXXVI. 5.  
 Contra non vacaret injuria, si talia ex suggestu diceret, que in unius, vel alterius hominis infamiam redundant. 17.  
 Excommunicatus, saltem si vitandus sit, privatur facultate concionandi. XXXIX. 132.  
 Concionibus tamen ab alio habitis interesse potest. ibid.  
 Conciones tempore Interdicti haberi possunt. 362.

### Concubinarius.

In Clericum concubinarium, si post monitionem perseveret in scelere, decerni potest Degradatio verbalis. XXXVII. 143.

### Conditio.

Privilegium, sub conditione concessum, ea cessante, cessat. XXXIII. 100.  
 Si ex parte privilegii se tenet conditio. 161.  
 Secus, si ex parte concessionis. ibid.  
 Absolutio a censura dari sub conditione in futurum pendente potest. XXXIX. 103.

### Confessio Confessarius.

Non perit morte concedentis licentia audiendi Confessiones penitentium. XXXIII. 178.  
 Veleligendi Confessarium, qui te absolvat a reservatis, tecum dispenset &c. ibid.  
 Spontanea rei confessio prebet sufficientem causam. P. S. bmalzgrueber L. V. T. II.

sam mitigandi poenam delicti. XXXVII. 40.

Audito Confessionum Sacramentalium presumpta ab eo, qui sacerdos non est, puniri potest Degradatione verbalis. 143.

Quando urgeat preceptum consistendi peccata sua? XXXVIII. 8.

An sapius in anno? 12.

Quinam teneantur precepto Confessionis annue? 14.

Quo anni tempore? 18.

An eidem precepto satisfiat per confessionem invalidam? 21.

Quae sint poenae neglectae confessionis annuae? 24.

Quae sit praxis privilegii, Ordinibus Religiosis concessi, ad audiendas confessiones quoruncunque fidelium? 44.

Quinam habeant facultatem eligendi sibi confessarium? 45.

Utrum facultas haec acquiri possit consuetudine? 46.

Quenam facultates tempore Jubilei concedi soleant confessario a poenitente electo? 140.

### Confirmatio.

Confirmationes Beneficiorum, a Sede Apostolica factae sunt irritae, si eorum possessio apprehendatur, ante Litteras expeditas. XXXIII. 14.

Quam vim, & efficaciam in ordine ad usum privilegii habeant verba Ex certa scientia, quae saepe in confirmatione privilegiorum adduntur. 114.

### Confirmationis Sacramentum.

Sacerdos simplex, sine licentia Summi Pontificis conferens Sacramentum confirmationis, irregularis efficitur. XXVIII. 18.

An Suspensionem incurrat, qui ad minores Ordines promotus est ante receptum Sacramentum confirmationis? XXIX. 12.

An tempore Interdicti administrari possit Sacramentum confirmationis? XXXIX. 352.

An administrari possit tempore cessationis a Divinis? 412.

### Congregatio.

Congregationes, & capitula Generalia, aut Provincialia quarundam Religionum possunt ferre censuras. XXXI. 13.

### Conjugatus.

Clerico conjugato potestas censurandi ab alio; quam Summo Pont. delegari non potest. XXXIX. 14.

Quando Clericus conjugatus gaudeat privilegio clericali? 217. 218.

\* c Con-

**Consecratio.**

Sacerdos simplex consecrans Ecclesias, Altaria &c. Irregularitatem incurrit. XXVIII. 18.  
 Regularium etiam exemptorum Ecclesie consecrari ab Episcopo Diocesano debent. XXXIII. 253.

**Consilium.**

Qui consilium alterius tenetur exquirere, non tenetur illud sequi. XXXIII. 53.  
 Qui consilium alteri dedit, nisi hoc malitiosum sit, regulariter non tenetur ad compensandum damnum, quod inde exortum est. XXXVI. 86.  
 An censura, imposta contra facientes, comprehendat etiam consulescentes? XXXIX. 69.  
 An casu, quo censura expressè lata est contra consulescentes &c. eam incurrat etiam, qui consilium revocavit. 73.  
 Consilium dare excommunicato, vel istud ab eo petere non est illicitum. 183.  
 Qui actionem injuriosam in clericum propositis rationibus suadendo consulit si inde sequatur percussio, excommunicationem canonis incurrit. 220.  
 Secus, si percussio non sequatur. 221.  
 Vel consilium antea consulens revocavit. 222.  
 Modo ita sit revocatum, ut virtus insuendi in percussione simul ipsi sublata sit. 223.

**Consuetudo.**

Ut valeat privilegium contrarium consuetudini speciali, addi debet clausula hujus derogatoria. XXXIII. 20.  
 Potest privilegium acquiri per consuetudinem. 94.  
 Neque ad hoc opus est alio consensu Principis, quam Legali. 95.  
 Requiritur tamen certum tempus: ubi quantum hoc esse debeat. ibid.  
 An hujusmodi privilegia consuetudine acquisita revocata censeantur, quando revocantur alicui privilegia? 96.  
 In mitigandis, vel aggravandis penis Juxta præcipue considerare debet consuetudinem delinquendi. XXXVII. 42.  
 Utrum Jurisdicchio ad audiendas Confessiones obtineri possit consuetudine? XXXVIII. 40.  
 Utrum acquiri consuetudine possit potestas eligendi sibi Confessarium? 46.  
 An facultas concedendi indulgentias? 126.  
 Vel potestas ferendi Censuras? XXXIX. 21.

**Contractus.**

An Religiosi, & clerici exempti ratione contractus conveniri possint coram Episcopo loci? XXXIII. 255.

Quis solvere teneatur pœnam adjectam contractui? XXXVII. 6.  
 An qui contractum observavit ex parte tantum, satisfaciatur, si partem pœne solvat? 7.  
 Excommunicato interdictum est quemlibet cum fidelibus contractum inire. XXXIX. 174.  
 Contractus tamen ab eo initus firmus est, & obligationem utrinque inducit. ibid.  
 Quomodo verba dubia in Contractibus interpretanda sint? XL. 12.

**Convictorium.**

Clericos in Collegiis Universitatum simul degentes, si se invicem percutiant, & percussio non sit enormis, ab excommunicatione canonis absolvi potest Episcopus. XXXIX. 251.

**Creaturæ Irrationales.**

Non sunt capaces censurae Ecclesiasticae. XXXIX. 36.

**Creditor.**

Nuntiare novum opus potest etiam creditor, cui prædium nomine Hypothecæ subiectum est. XXXII. 3.  
 Non competit actio Legis Aquilie creditori, si res ipsi oppignoriata corrupta est, vel deteriorata. XXXVI. 68.  
 Creditor, qui clericum debitorem fugientem, aut fugam parantem detinet, ut eum Superiori presentet, & creditum suum acquirat, non incurrit excommunicationem canonis. XXXIX. 236.

**Crux.**

Quomodo per judicium S. Crucis olim Purgatio canonica facta fuerit? XXXIV. 5.  
 Crucifixio hodie inter Christianos abolita est in reverentiam Servatoris crucifixi. XXXVII. 206.

**Culpa.**

Quando damnum censeatur culpa datum. XXXVI. 56.  
 Quotuplex culpa sit. ibid.  
 V. Damnum.

**Curator.**

Utrum excommunicatus possit esse Curator. XXXIX. 170.  
 Minores non excommunicati possunt communicare cum curatore excommunicato. 188.

D.

## RERUM ET VERBORUM.

### D.

#### Damnum.

- Damni duplex acceptio.* XXXVI. 64.  
*Fieri potest dolo, culpa, & casu fortuito.* 56.  
*Vindicatur per Civilem Actionem Legis Aquiliae: ubi discrimen inter hanc Actionem, & eam, qua competit ex damno Lucroso* § 8. V. Lex Aquilia.  
*An, & qualis obligatio nascatur ex damno dato.* 79.  
*Praesertim, si datum sit per culpam merè Juridicam.* 83.  
*An obligatio hæc stringat etiam in foro conscientiae.* 90.  
*An conveniri etiam possit aliquis ex damno sine vera, & propria culpa dato.* 100.  
*Cui facienda sit restitutio ex Lege Aquilia Sc. & quam causæ ab hac excusent.* 106.

#### Debitor, Debitum.

- Si unus privilegium habet, ut intra certum tempus cogi non possit ad solvendum debitum, alter vero, ut cogere quemlibet Debitorem possit, non potest Creditor contra ejusmodi debitorem uti privilegio suo.* XXXIII. 104.  
*Licitum est debitum excommunicato solvere, & hujus solutionem ab ipso petere.* XXXIX. 183.

#### Decimæ.

- Si una Ecclesia habeat privilegium non solvendi decimas, altera exigendi, non potest hæc priorem cogere, ut decimas sibi solvat.* XXXIII. 164.  
*Si Pontifex Monasterio concedat privilegium, quo eximitur à solvendis decimis sub conditione, si Episcopus consentiat consentiente senel Episcopo, privilegium manet firmum, etsi is postea voluntatem mutet, & dissentiat.* 161.  
*Privilegium colligendi decimas ex districtu alicujus Parochiæ cessat, si inde Ecclesia Parochialis necessariis destitueretur proventibus.* 170.  
*Perseverat autem hoc privilegium, concessum Monasterio ob paupertatem, etiamsi illud eum tempore locupletatum habeat redditus abundantes.* 171.  
*Religiosi possunt decimas recipere de manu Laicorum, si ad istos ille justè devenierint; jecus, si injustè.* 203.

#### Defensio.

- Nemo tenetur ad compensandum damnum, necessariae defensionis causâ Adversario datum.* XXXVI. 81.

*Percutiens clericum necessariae defensionis causâ cum moderamine inculpatae tutelæ non incurrit excommunicationem canonis.* XXXIX. 236.

#### Defunctus.

- Quomodo Pontifex dare indulgentias possit pro Defunctis?* XXXVIII. 118.  
*An indulgentiæ pro Defunctis concessæ habeant effectum certum?* ibid.  
*An pro Defunctis Indulgentias dare etiam possit Episcopus?* 124.  
*An, qui actionem injuriosam exercet in defunctum, incurrat propterea excommunicationem canonis?* XXXIX. 310.  
 V. Mors, Mortuus.

#### Degradatio.

- Discrimen Irregularitatis à Degradatione.* XXXVII. 69.  
*Definitio Degradationis.* 138.  
*Divisio in Verbalem, & Realem.* ibid.  
*Differentia unius ab altera.* 139.  
*A quo fieri degradatio Verbalis debeat?* 142.  
*Ob quæ crimina?* 143.  
*In quorum presentia?* 144.  
*An presentes habeant votum decisivum?* 145.  
*In quo numero consentire isti in Degradationem debeant?* 146.  
*A quo, & quomodo fieri debeat degradatio actualis?* 147.  
*Quando Judex Ecclesiasticus degradatum valeat tradere Curia Seculari?* 151.  
*An Judex Secularis adversus clericum degradatum novum processum formare valeat?* 159.  
*An clericus realiter degradatus à Seculari Judice torqueri possit?* 162.  
*Degradatio non est censura.* XXXIX. 6.  
*Clerici Degradati non gaudent privilegio canonis.* 218.  
*Hinc talem clericum percutiens excommunicationem canonis non incurrit.* 231.

#### Delegatus.

- Judices Delegati à Papa Judicium validè inchoare non possunt, antequam Litteræ, jurisdictionem concedentes, expediantur.* XXXIII. 14.  
*Quando Episcopus in exemptos censetur habere jurisdictionem delegatam?* 252.  
*Quibus casibus Regulares exempti subsint Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato?* 254.  
*Quando absolvere possit delegatus à censura, per delegantem latâ?* XXXIX. 92.  
*An absolutio ejus, qui non satisfecerit parti, & potuisset satisfacere, à delegato facta, sit valida?* 101.

\* c 2

Utrum

*Utum excommunicatus Jurisdictionem suam delegare alteri possit?* 164.  
*Ab excommunicatione minori absolvi potest etiam, qui Delegatam tantum jurisdictionem pro foro conscientiae habet.* 205.  
*Sensus ab Ordine tantum potest delegare alteri potestatem absolvendi.* 290.  
*Delegatus Sedis Apostolicae, & hujus subdelegatus potest interdictum ferre.* 341.

## Delictum.

*An Religiosi, vel Clerici exempti ratione delicti possint conveniri coram Episcopo loci?* XXXIII. 255.  
*Qui ex accusatione condemnati sunt de Delicto publico, Judicis sententia infames sunt.* XXXVII. 167.  
*In dubio semper preferendus est ille verborum sensus, qui excludit delictum.* XL. 16.

## Depositio.

*Clericus percussor, si monitus non respiciat, deponi debet.* XXV. 8.  
*Imo si percussio sit enormis, sufficit illa unica, neque opus est monitione.* 9.  
*Clericus depositus, si ministret in ordine, vel Officio, à quo est depositus, excommunicari debet, & si incorrigibilis sit, multari exilio.* XXVII. 1.  
*Ministrans in Censura Ecclesiastica deponi debet: neque opus est monitione.* 2.  
*Negans Episcopum esse dominum suum, illumque trahens ad iudicium Seculare, puniatur Depositione.* XXXI. 5.  
*Discrimen irregularitatis à Depositione.* XXXVII. 69.  
*Depositio alia est simplex, alia solennis.* 132.  
*Differentia simplicis à privatione Beneficii.* 133.  
*Et à Suspensione.* 134.  
*An Depositus retineat privilegia Canonis, & Fori?* 135.  
*Ob quae crimina à Jure imposita sit poena depositionis perpetuae?* 136.  
*An Episcopus dispensando tollere eandem possit?* 137.  
*Depositio non est Censura.* XXXIX. 6.

## Detractio.

*Quando Maledicentia appellatur Detractio?* XXVI. 2.

## Diaconus.

*Diaconus Venationem clamorosam exercens suspenditur ab Officio.* XXIV. 9.  
*Diaconus, celebrans Missam, aut solemniter baptizans sine licentia Parochi, vel Episcopi irregularitatem incurrit.* XXVIII. 7.

## Dignitas.

*Si facultas creandi Dignitatem novam in Ecclesia data sit Episcopo, censetur ita data, ut ad hoc faciendum non indigeat consensu Capituli; nam cum hujus consensu sine privilegio potest.* XXXIII. 11.  
*Infames excluduntur à Dignitatibus, & Honoribus, praesertim Ecclesiasticis.* XXXVII. 171.

## Dispensatio.

*Quis dispensare possit in irregularitate, quam quis per usum temerarium Ordinum non susceptorum incurrit.* XXVIII. 26.  
*Quis in poenis, ob Ordines per saltum susceptos contrahis.* XXIX. 14.  
*Quis cum eo, qui furtive suscepit Ordines.* XXX. 12.  
*In quo differat privilegium à Dispensatione.* XXXIII. 5.  
*Dispensationes, quae à Pontifice committuntur cum clausula, Si preces veritate nitantur, morte concedentis non extinguuntur.* 158.  
*Dispensatio ad Ordines, vel Beneficium, data pauperi ob ejus pauperitatem, manet, etsi is postea, Beneficio acquisito, dives fiat.* 168.  
*Similiter, si quis dispensationem obtinuit in Voto Castitatis ad contrahendum matrimonium ob tentationes, licet ista, contracto Matrimonio, deinde cessent, non obinde sit illicitus illius usus.* ibid.  
*An Dispensatio expiret, quando causa Dispensationis integre cessat, antequam illa producat ad effectum integrum?* 172.  
*Quis relaxare irregularitatem possit dispensando.* XXXVII. 113.  
*An omnium in Supplicatione sit faciendum mentio, quando super pluribus irregularitatibus facienda est dispensatio.* 122.  
*Quomodo interpretanda sit exceptio, quae in privilegio, vel potestate dispensandi sit?* 123.  
*An Episcopus censetur dispensasse cum Irregulari, quando illum admittit ad Ordines, vel Beneficium.* 124.  
*Quamvis gravissimè peccet, & propterea ab Inquisitoribus, & locorum Ordinariis, tanquam Idololatriæ, & gravissimi Falsi reus, Curie seculari, debitis pœnis afficiendus, tradi possit, & debeat.* 24.  
*Laicis ab Episcopo indici Purgatio Canonica non debet, nisi super crimine, quod spectet ad cognitionem Ecclesie, vel Episcopi.* XXXIV. 17.  
*Laicus Sigillum sacramentale violans non ordinariæ, sed arbitrariæ pœne obnoxius est.* XXXVIII. 80.  
*Nullo modo Censuræ ferri possunt à potestate Laicali.* XXXIX. 3.  
*Nisi à Summo Pont. id delegetur Laico.* ibid.  
*Quomodo peccent Laici violantes interdictum?* 391.  
*Que sit istorum pœna.* 394.  
*Quomodo puniri debeant, si violent Cessationem à Divinis?* 423.

**Lapilli jactus.**

*Lapilli jactu novum opus nuntiari potest: & quomodo?* XXXII. 17.  
*Et hic est optimus nuntiandi modus.* 18.

**Legatus.**

*Legatus à latere Jurisdictionem in Exemptos habet.* XXXIII. 251.  
*Ceteri verò Legati tam ij, qui Nati dicuntur, quam qui Nuntij Apostolici, in causis exemptorum intrmittere sese nequeunt, nisi hoc ipsis specialiter à Pontifice sit concessum.* ibid.  
*Legati Sedis Apostolicae possunt concedere indulgentias: ad quantum tempus?* XXXVIII. 120.  
*Legati à latere possunt ferre Censuras in Provincia sua Legationis.* XXXIX. 13.  
*Non possunt absolvere Censuratos ab inferioribus Prelatis extra casum Appellationis.* 91.  
*Possunt Legati à latere absolvere ab omni percussione Clerici, vel Monachi quoscunque ad se concurrentes.* 246.  
*Legati Nuntij solùm eos, qui sunt de sua Provincia.* ibid.  
*Legati nati plus non possunt, quam reliqui Ordinarii, nisi specialiter ipsam plus aliquid concedatur.* ibid.  
*Legatus Apostolicus potest interdictum ferre.* 341.

**Lenocinium.**

*Reus Lenocinii, prostitutione questionaria femine, aut maris exerciti, ipso Jure infamis est.* XXXVII. 166.

**Lex.**

*Lex Ecclesiastica non obligat in casu, quo ejus*

*observantia cum valde gravi incommodo est conjuncta.* XXVII. 10.  
*In quo differat privilegium à Legge? XXXIII. 4.*

**Lex Aquilia.**

*Dammum non lucrosam, dolo, aut culpa datum, vindicatur actione Legis Aquiliae.* XXXVI. 58.  
*Actio Legis Aquiliae est partim rei persecutorie, partim pœnalis.* 61.  
*Dividitur in Directam, Utilem, & in factum.* 64.  
*Cui detur Actio Legis Aquiliae?* 68.  
*Contra quem?* 69.  
*An etiam contra heredes damnificantis.* 70.  
*Quid per actionem istam petatur?* 71.  
*Quid requiratur, ut alicui competat?* 74.  
*An competat etiam ex culpa levissima, quando natura Contractus ab hac culpa damnificantem absolvit?* 76.  
*An, & qualis obligatio nascatur ex damno dato.* 79.  
*Præsertim si datum sit per culpam merè Juridicam.* 83.  
*An obligatio hæc fringat etiam in foro conscientie?* 90.  
*An conveniri etiam quis possit ex damno sine vera, & propria culpa dato?* 100.  
*Cui faciendæ sit restitutio ex Legge Aquilia, & quænam causæ ab hac excusent.* 106.

**Libellus Famofus.**

*Que pœna inferatur pro Libellis famosis.* XXXVI. 34.  
*An verum crimen, an verò falsum obiectum esse debeat in Libello, ut pœna Libelli famosi locum habeat.* 35.  
*An pœnâ Libelli famosi etiam teneatur, qui Libelli famosi auctor non est, sed vulgationem illius promovit.* ibid.  
*Typographi, qui ejusmodi Libellum imprimunt, amittunt Exemplaria, in Officinis suis reperta, & privantur potestate imprimendi Libros, & arbitrariè etiam alias puniuntur.* 336.

**Liber.**

*Regulares, etiam Exempti, quoad Censuram Librorum Episcopo subiacent.* XXXIII. 253.

**Liberi.**

*An, & quando ob culpam parentum puniri Liberi possint?* XXXVII. 19.

**Literæ.**

*Ante Litteras expeditas non potest apprehendi possessio Beneficii à Papa collati.* XXXIII. 14.  
 Quis

## RERUM ET VERBORUM.

*Quis tenor debeat esse Litterarum Apostolicarum, ut ex his Exemptio colligi, & probari possit.* 268.  
*Litterarum Apostolicarum falsificatio puniri potest Degradatione verbali.* XXXVII. 143.

### Locus.

*Circumstantia loci sepe auget poenam delicti.* XXXVII. 39.

### Ludimoderator.

*Non tenetur actione injuriarum, si corrigendi, & castigandi animo quidpiam in aliqualem despectum Discipuli sui protulerit, aut egerit.* XXXVI. 5.

### M.

### Magister.

*Percutiens Clericum Discipulum suum disciplinae causa cum moderamine non incurrat Excommunicationem Canonis.* XXXIX. 235.

V. Ludimoderator.

### Magistratus.

*Nuntiatio novi operis fieri potest per Magistratum: & quomodo?* XXXII. 16.  
*Magistratus potest conferre privilegia: & quando?* XXXIII. 72.  
*Possunt etiam privilegia à se data revocare, licet sint Magistratus inferiores.* 227.  
*Nisi ista sint confirmata à Superiore.* ibid.  
*Magistratus non tenetur Actione injuriarum, si necessitate officii paulo severius aliquid statuerit adversus reos.* XXXVI. 6.  
*Tenetur autem, si ordine Juris non observato, quidpiam decreverit, vel statuerit.* 17.

### Majestas.

*Pœne, statuta in reos lese Majestatis, à parentibus in filios transeunt.* XXXVII. 19.  
*In Majestatis crimine, qui illud detegit, non tantum mitigationem, sed plenissimam poenae condonationem meretur, etsi ejusdem criminis complex fuerit.* 40.

### Maledictum, Maledictus.

*Quid, & quotuplex sit Maledictum?* XXXVI. 1.  
*Quis dicatur maledicus in proximum privatum.* 2.  
*Quale peccatum committat.* 3.  
*Et quam poenam incurrat.* 4.  
*Quid sit statutum in eos, qui maledicunt Principi Saculari.* 5.  
*Vel Pontifici.* 7.  
*Aut à lii Prælato Ecclesiastico.* 10.  
*B. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.*

*Modi, quibus aliquis maledicus possit fieri in Deum.* 13.  
*Hujus poena.* 15.  
*Quando poenae hæc incurrantur?* 18.  
*Quæ sit hodierna poenarum istarum observantia.* 20.  
*Quis sit Judex competens respectu criminis Blasphemie.* 23.

### Mandatum.

*An, & quando Actio Legis Aquilæ detur contra mandantem?* XXXVI. 69.  
*Quando contra mandatarium?* ibid.  
*Compensare tenetur damnum culpæ datum, qui mandavit dari.* 86.  
*Mitigari poena ordinaria potest, si delictum instinctu alterius magis, quam motu proprio commissum sit.* XXXVI. 40.  
*An Censura, imposita contra facientes, comprehendat etiam mandantes.* XXXIX. 69.  
*An casu, quo expressè contra mandantes lata est, eam incurrat etiam, qui mandatum revocavit?* 72.  
*Qui actionem injuriosam in Clericum alii mandavit, si sequatur inde percussio, Excommunicationem Canonis incurrit.* 220.  
*Secus, si percussio non sequatur.* 221.  
*Aut mandatum sit revocatum.* 222.  
*Quid requiratur, ut sufficienter revocatum dicatur.* 223.

### Maritus.

*Non tenetur maritus actione injuriarum, si probroso verbo, aut etiam moderato verberare castiget uxoris fœcordiam, ejusque petulantiam, & oris improbitatem compestat.* XXXVI. 5.  
*An pro injuria illata marito agere possit uxor.* 22.  
*Uxor non excommunicata cum marito excommunicato licitè communicat, & vicissim.* XXXI. 184.  
*Potestque debitum à marito, & vicissim petere.* 186.

### Matrimonium.

*Non sit irregularis, qui in Censura Ecclesiastica existens assistit Matrimonio, modo illud non benedicat.* XXXVII. 5. 28.  
*Nam si benediceret, irregularitatem incurreret.* 28.  
*Prælati Regulares, secluso privilegio, & consuetudine legitime præscripta, non possunt cognoscere causas matrimoniales.* XXXI. 4.  
*Clericus, qui ad statum matrimonialem transeat, & Laicè vivit ipsâ naturâ rei amittit privilegium Clericale.* XXXIII. 120.  
*Si Religiosi Matrimonia solemnizare sine licentia speciali Presbyteri Parochialis presumpserint, ipso factò incurrunt* \* 62.

excommunicationem reservatam Papæ.

213.

Parochus excommunicatus validè assistit matrimonio.

XXXIX. 171.

Et validè etiam dat licentiam assistendi alicui.

172.

Matrimonium ab iis, qui specialiter interdicti sunt, si contumaces existant, illicitè contrahitur.

357.

Contrahitur tamen licitè in loco interdicto, & à personis generaliter interdictis.

358.

Benedicti tamen nuptiæ tempore interdicti non possunt.

359.

Nisi conjuges privilegium haberent assistendi Divinis Officiis tempore interd. ibid.

Matrimonium absque solemnitate nuptiarum potest contrahi tempore Cessationis à Divinis.

412.

Matutinum.

Siquis ob debilitatem oculorum privilegium habeat unâ vel alterâ horâ post prandium recitandi matutinum pro crastino, possit illud etiam cum eo recitare Socius, nec tenebitur hic dein repetere.

XXXIII.

136.

Medicus.

Ex Lege Aquilæ tenetur, qui medicinam ab initio præscripsit, & postea curacionem dereliquit.

XXXVI. 75.

Ad reparacionem damni tenetur, si ægrum, cujus curam suscepit, deseruit, aut imperite curavit, & sic moriatur.

83.

Quæ sit pœna Medici non momentis egrotum de Confessione faciendâ?

XXXVII.

101.

Mendicantes.

Regulares mendicantes defacto generalem tam inter se, quàm cum non mendicantibus privilegiorum communicationem habent.

XXXIII. 87.

Excipiuntur privilegia, ex quorum communicatione observantia Regularis labefactaretur.

88.

Item illa, de quibus cavetur, ne cum aliis communicentur.

89.

Omnibus Religionibus mendicantibus concessum est privilegium relaxandi irregularitatem Homicidii etiam voluntarii dammodo notorium istud non fit.

XXXVII. 112.

possunt Religiosi mendicantes absolvere ab omnibus Censuris, Sed Apostolicè reservatis, exceptis iis, quæ continentur in Bulla Cœnæ.

XXXIX. 97.

Quid possint mendicantes in ordine ad absolutionem ab excommunicatione Canonis.

261.

Mente captus.

V. Furiosus.

Mercatores.

Non comprehenduntur interdictio personali populi generaliter laici, etsi diu in eo habitent.

XXXIX. 337.

Metus.

Ab irregularitate excusatur Censuratus, si actum Ordinis exerceat ob gravem metum gravi alicujus mali, dammodo metus iste non fuerit incussus, in contemptum Censurarum, & Ecclesie.

XXVII.

11.

Pervim, aut metum gravem furtivè ordinatus non incurrit suspensionem, quæ aliàs ob Ordines ita susceptos incurritur, nisi metus iste incussus fuerit in contemptum prohibitionis ab Ecclesia factæ.

XXX. 11.

Validè fertur Censura, etiam si ferens ad hoc compulsus sit metu gravi.

XXXIX. 23.

Qui rem, sub Censura prohibitam gravi metu incensus efficit, à Censura immunis est: cum exceptione.

79.

Absolutio à Censura, metu extorta, invalida est.

99.

Minores.

Non possunt renuntiare beneficio restitutionis in integrum, nisi aut veniam ætatis petant à Principe, aut Juramentum addant, se non viros privilegio.

XXXIII. 179.

Ob ætatem mitigari potest pœna in minorenni.

XXXVII. 40.

Minores non excommunicati possunt communicare cum Curatore Excommunicato.

XXXIX. 188.

Incurrunt Excommunicationem Canonis ob percussionem Clerici.

220.

Minores S. Francisci.

V. Fratres Minores.

Missæ.

Privilegium dicendi Missam ante auroram solo non usu, quancumque tempore continuato, non amittitur.

XXXIII. 189.

Celebratio Missarum temere præsumpta ab eo, qui Presbyteratus ordine non est initiatus, puniri debet Degradatione Verbali.

XXXVII. 143.

Qui vult celebrare Missam, si peccati mortalis se reum novit, & copia Confessarii non desit, tenetur prius confiteri.

XXXVIII.

12.

Excommunicatio major privat Sacrificio Missæ, ita, ut nisi ob ignorantiam, vel necessitatem vitandi scandali, aut alterius gravis damni excusetur, peccet mortaliter Excommunicatus etiam toleratus.

ratus.

## RERUM ET VERBORUM.

ratus, si assistat Sacrificio Missæ. XXXIX.

130.  
An, & quomodo Ministri Ecclesie Sacrificium  
Missæ possint offerre pro excommunicatis.

### Monachi.

An illis Venatio permissa sit? XXIV. 7.

Sub qua pœna sit ipsis prohibita? 9.

Quando Monachus Statum mutat, non am-  
plius gaudet privilegiis monasterii. XXXIII.

160.  
Monachi gaudent privilegio Canonis: ubi qui-  
nam veniant isto nomine? XXXIX. 219.

### Monasterium.

In his adificandis debet observari forma, à  
Jure, & Constitutionibus Pontificiis  
præsçripta. XXXI. 4.

Monasteria sine consensu Episcopi Diocœsani eri-  
gere Regulares etiam exempti nequeunt.

XXXIII. 253.

Ob quæ delicta olim decreta fuerit detrusio  
in Monasterium? XXXVII. 202.

An pœna hæc hodie sit in usu? 203.

### Moneta.

Fabricatio monetæ, & ejus adulterate ero-  
gatio, vel expositio in Regnis, Pro-  
vinciis, & Civitatibus Italie punitur De-  
gradatione verbali. XXXVII. 143.

### Moniales.

Facultas ingrediendi Monasteria Monialium, ut  
valeat, opus est licentiâ Episcopi, vel  
Superioris in scriptis obtenta. XXXIII.

14.

Moniales ab Excommunicatione Canonis abso-  
olvere potest Episcopus. XXXIX. 250.

Tempore interdicti Horarum Canonicarum re-  
citatio publica, & solennis prohibetur

etiam Monialibus. 363.

### Monitio.

Utrum purgandus moneri debeat, antequam  
procedatur ad Suspensionem, vel Pur-  
gationem Canonicam indicendam?

XXXIV. 12.

An, & qualis monitio præcedere debeat,  
antequam feratur Censura? XXXIX.

27.

Quando speciali mentione non sit opus,

30.

An si quis commisit delictum, cui ipso Jure  
annexa est Censura late sententiæ,

Judex eandem abque prævia monitione  
declarare & denunciare possit, tanquam

ligatum Censura. 33.

### Monomachia.

per hanc olim frequenter fiebat purgatio.

XXXV. 2.

Merito reprobatur. 7.

### Mors, Mortuus.

Censuratus absolvens in articulo mortis, si  
alius non censuratus haberi nequeat, non  
incurrit irregularitatem. XXVII. 9.

Si nuntians novum opus re adhuc integra,  
sive antequam aliquid adificatum sit,  
moriatur, extinguatur nuntiatio. XXXII.

30.

Non extinguatur morte ejus, cui nuntiatum est.

ibid.

Morte concedentis regulariter non amittitur  
privilegium. XXXIII. 150.

Et hoc verum est, etiamsi concessum sit pro

limitato aliquo tempore. 151.

Aut odiosum sit, & derogans Juri communi,  
vel tertii privati. 152.

Quamvis res adhuc sit integra. 153.

Excipitur, nisi conditio hæc expressè sit ad-  
dita, ut morte concedentis intreat pri-  
vilegium. 155.

Item si gratia non sit facta, sed facienda per  
executores. 157.

Non perit morte concedentium licentia audiendi  
Confessiones pœnitentium. 158.

Vel eligendi Confessarium, qui te absolvat à  
reservatis, vel tecum dispenset &c.

ibid.

Etiam mortui injuriam pati possunt. XXXVI.

18.

Morte tam injuriantis, quam injuriati ante  
litem contestatam actio injuriarum tollitur.

52.

Aliquando pœna locum etiam habet in mor-  
tuis. XXXVII. 10.

Reus peccati mortalis ad Confessionem pec-  
catorum obligatur, saltem in articulo  
mortis. XXXVIII. 8.

Et extra istum saltem diu Confessio à reo talis  
peccati d'ferri non debet. 10.

In articulo mortis absolvere potest etiam ex-  
communicatus vitandus, Depositus, &  
Degradatus. 38.

Et hoc verum est, etiamsi peccatum sit reserva-  
tum. 54.

Quomodo Pontifex dare indulgentias possit  
pro defunctis? 118.

An indulgentiæ pro defunctis concessæ, ha-  
beant effectum certum? ibid.

An possit Censura ferri in mortuos. XXXIX.

39.

Pro articulo mortis quisvis Sacerdos absolvere  
à quavis Censura potest. 97.

An censura cesset per mortem authoris.

108.

Aut Censurati.

109.

*In articulo mortis ab Excommunicatione Canonis, contracta ob percussione Clerici, absolvere potest Sacerdos quilibet.* 260.  
*Mortuus censura Suspensionis est incapax.* 281.  
*Provisio Apostolica de Beneficio per mortem vacaturo, exaudiri debet de vacaturo per mortem naturalem, & non per Civilem, que Depositione, privatione &c. inducitur.* XL. 9. *V. Defunctus.*

**Motus proprius.**

*Quid sit Privilegium concessum Motu proprio?* XXXIII. 46.  
*Quid circa hanc speciem Privilegii notandum?* 47.  
*Quando Motus proprius tollat vitium Ob-vel Susceptionis?* 48.

**Mulier.**

*V. Famina.*

**Mulio.**

*Ad reparationem damni tenetur Mulio, si impetu Mularum, quas ipse propter imperitiam, vel etiam injuriam, cum alius firmior eas retinere potuisset, Servus alicujus oppressus fuerit.* XXXVI. 83.

**N.**

**Nauta.**

*Rector Navis, si in ea per famulos suos verboribus damnum illarum est, quanquam particeps ejus nullo modo sit, ex quasi delicto tenetur ad illud compensandum.* XXXVI. 102.

**Necessitas.**

*Censuratus exercens actum Ordinis in necessitate extrema, non incurrit Irregularitatem.* XXVII. 9.  
*In extrema necessitate, cum absolvendus est moribundus, & alterius Confessarii non adest copia, hoc facere excommunicatus potest.* XXXIX. 144.  
*Quenam alia Sacramenta in eadem necessitate administrare possit?* 145.

**Negatio.**

*Verba negativa, in eadem oratione geminata, inducunt affirmationem.* XL. 23.  
*Cum Exceptione.* *ibid.*

**Negotiorum Gestor.**

*Potest nuntiare novum opus nomine illius, qui autoritate sua propria posset, modo caveat de rato.* XXXII. 6.

**Nepotes.**

*Privilegium, concessum filiis, non est extendendum ad nepotes.* XXXIII. 135.  
*Nepotes eorum, qui in S. R. E. Cardinalem violentas manus iniecerunt, infames sunt.* XXXVII. 169.  
*Nepotes non excommunicati possunt communicare cum Avo excommunicato.* XXXIX. 188.

**Nobiles.**

*Aliquando severius, aliquando mitius, quam plebeij puniuntur.* XXXVII. 27.

**Noctambulones.**

*Dormientes, & Noctambulones non sunt obnoxii actioni injuriarum, si forte in somno aliquem verberent, vel injurijs verbis projiciant.* XXXVI. 3.

**Nomen.**

*In Jure Quaestiones de Nomine saepe sunt maximi momenti.* XL. 1.  
*Significatio nominis varia.* 5.  
*V. Verbum.*

**Notorium.**

*Nuntiatio novi operis vim non habet, quando jus edificandi notorium est, & nuntiatio notorie injusta.* XXXII. 29.  
*In notorijs ordinarie purgatio Canonica non indicitur.* XXXIV. 26.  
*Ab excommunicatione, contracta ob percussione Clerici notoriam, aut ad forum contentiosum deductam, non potest absolvi Episcopus.* XXXIX. 249.  
*Casus excepti. ibid. & n. seqq.*

**Novi Operis Nuntiatio.**

*V. Nuntlatio novi Operis.*

**Novitius.**

*An pro injuria, illata Novitio, agere possit Prelatus.* XXXVI. 21.  
*Etiam Novitii gaudent privilegio Canonis.* XXXIX. 219.  
*Possunt absolvi ab excommunicatione Canonis ob percussione Clerici à Prelatis suis Regularibus.* 259.

**Nox.**

*Delicta noctu patrata severius puniuntur.* XXXVI. 39.

**Nun-**

# RERUM ET VERBORUM.

## Nuntiatio novi Operis.

Quid sit?	XXXII, 1.
Quis nuntiare novum opus possit?	2.
Cui?	8.
Quo tempore?	12.
Quo loco?	13.
Ex quibus causis.	14.
Quot modis nuntiatio hæc fieri possit.	15.
Requisita, ut rite fiat.	19.
Effectus rite factæ.	22.
Quibus casibus vim non habeat?	29.
An quilibet in fundo suo edificare valeat, quidquid, & quo modo ipsi placuerit.	36.

## O.

### Obreptio.

Quando Vitium Obreptionis Motus proprius tollat.	XXXIII, 48.
--	-------------

### Occultum.

Potest Censuratus exercere actus Ordinis, si ex omissione manifestaretur crimen illius occultum.	XXVII, 10.
Irregularitas incurritur etiam ex Delicto, vel defectu occulto.	XXXVII, 75.
Episcopus dispensare potest in Irregularitate, quæ oritur ex delicto occulto.	115.
Quando dicatur, Delictum esse occultum.	116.
Ab excommunicatione, contracta etiam ob percussione Clerici enormem, si occulta sit, absolvi potest Episcopus.	XXXIX, 248.

### Officium.

Excommunicatus vitandus prohibetur assistere Divinis Officiis: ubi quid veniat nomine Divini Officii.	XXXIX, 131.
Quomodo Excommunicatio privet Excommunicatum Officiis Ecclesiasticis.	147.
Quomodo privet Officiis publicis.	170.
Quos effectus habeat Suspendio ab Officio.	290.
Interdictum inducit activam privationem Officiorum Divinorum.	350.
Quid veniat nomine Officii Divini, dum hoc prohibetur tempore Interdicti.	361.
An interdictus ab ingressu Ecclesie possit Divina celebrare, vel audire in Cœmeterio.	380.
Cessatio à Divinis inducit privationem Divinorum Officiorum.	405.
Quando Divina celebrari possint tempore Cessationis à Divinis?	410.

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

## Omissio.

Quando ommissio operis, sub cuius onere conceditur privilegium, irritet ejus usum.	XXXIII, 51.
--	-------------

## Onera.

Episcopi non possunt indebitis oneribus gravare subditos.	XXXI, 1.
---	----------

## Operis novi Nuntiatio.

V. Nuntiatio novi Operis.

## Opifices.

Nuntiari novum Opus potest etiam Opificibus, in loco novi operis laborantibus.	XXXII, 8.
--	-----------

## Oraculo vivæ Vocis.

Quid sint, & cujus valoris sint privilegia, vivæ vocis oraculo concessa.	XXXIII, 240.
--	--------------

## Oratio.

An, & quomodo Ministri Ecclesie possint Orationes Ecclesie publicas, & Sacrificia offerre pro Excommunicatis.	XXXIX, 134.
---	-------------

## Oratorium.

In Oratoriis privatis non licet habere Campanam, aut eam pulsare publice.	XXXIII, 207.
Secus, si publicum sit Oratorium.	ibid.

## Ordinarium.

Quando Episcopus in Exemptos censeatur habere jurisdictionem Ordinariam.	XXXIII, 252.
Quibus casibus Regulares Exempti subsint Episcopo, tanquam Ordinario.	253.
An lite super Exemptione mota, & pendente, Ordinarius contra partem, eâ se tuentem, possit uti Jurisdictione Ordinaria?	267.

## Ordo.

Irregularis efficitur, qui in Censura exercet actum Ordinis.	XXVII, 4.
Non verò, qui in Censura suscipit ordinem.	5.
Quid dicendum de censurato, qui ministrat in ordine Minore?	32.

h

Quid

Quid de eo, qui dubitat, an verè excommunicatus sit, & in hoc dubio exercet actum Ordinis proprium? 36.

Graviter peccat ministrans in Ordine non suscepto. XXVIII. 1.

Hujus pœna est Excommunicatio, Suspendio, Irregularitas. 2.

Requisita ad incurrendam propterea irregularitatem. 6.

An eam incurrat exercens actum Ordinis sine intentione eum exercendi, seu fide. 10.

An ministrans in Ordine defectuosè suscepto. 13.

Vel in Ordine minore. 15.

An irregularis fiat Sacerdos simplex conferens Ordines, consecrans Ecclesias &c. 18.

An irregularitatem incurrat Laicus solemniter baptizans, Missas legens &c. 21.

Quis dispensare possit in ista irregularitate. 26.

In suscipiendis Ordinibus servandi sunt gradus. XXIX. 1.

His non observatis, ordo quidem susceptus valet. 2.

Ita tamen suscipiens ipso jure suspensus est. 3.

Nontamen est irregularis. 4.

Nisi in Ordine ita suscepto ministret. 5.

Effectus hujus Suspensionis. 6.

An ipso jure incurratur. 8.

An eam incurrat, qui, omisâ Tonsurâ primâ, ascendit ad minores ordines. 11.

Vel qui non recepit antea Sacramentum Confirmationis. 12.

Quis dispensare possit in pœnis, ob ordines per saltum susceptos contractis? 14.

Quinam dicantur furtivè suscipere Ordinem? XXX. 1.

An valeant ita furtivè suscepti? 2.

Quid si præmissa est ab Episcopo protestatio tales non ordinandi? 3.

Pœna suscipientis furtivè Ordines. 6.

Causæ a pœnis his excusantes. 10.

Quis relaxare has pœnas possit? 11.

Regulares, etiam exempti, seclusis privilegiis, Ordines recipere ab Episcopo Diocesano debent XXXIII. 253.

Irregularitas facit, ne licitè suscipi Ordo ab irregulari possit? XXXVII. 90.

Et exerceri susceptus: quando? 91.

Suspensus ab Ordine siue alia limitatione, non est suspensus à jurisdictione. XXXIX. 190.

Episcopus, suspensus ab Ordine Episcopali tantum, vel à Pontificalibus, potest exercere actus, qui sine Pontificalibus exerceri possunt. 291.

Suspensus ab Ordine Superiore, non hoc ipso est suspensus ab inferiore. 292.

Suspensus ab inferiore non obinde prohibetur exercere superiorem. 293.

Utrum Ordines tempore interdicti conferri possint. 356.

An tempore Cessationis à Divinis? 412.

P.

Pagani.

Etsi Catechumeni sint, Censuræ Ecclesiasticæ capaces non sunt. XXXIX. 37.

Parochia, Parochus.

Parochus Censuratus, si matrimonio solùm assistat, non fit irregularis; secus, si illud benedixeret. XXVII. 28.

Nuntiarum novum opus potest adversus edificantem Capellam in præjudicium Parochialis Ecclesiæ. XXXII. 10.

In Ecclesiis, quæ pleno solùm, & non plenissimo jure incorporate sunt Monasterio, cum vacaverint, Presbyteri Parochiales, constituti à Religiosis, Episcopis presentari debent, ab hoc insituenti. XXXIII. 105.

Parochus habet Jurisdictionem Ordinariam absolvendi à peccatis respectu suæ Parochiæ. XXXVIII. 39.

Possunt Parochi respectu Parochianorum suorum sibi reservare peccata, quamvis istud non soleant, nec etiam expediat. 40.

Non potest Parochus sine violatione Sigilli Sacramentalis negare S. Eucharistiam, vel assistentiam, aut Benedictionem nuptialem illi, quem ex Confessione novit ad Sacramentum illud esse indispositum, & propter obstantia impedimentum ad matrimonium contrahendum inhabilem. 70.

Parochi non possunt dare Indulgentias. 121.

Non possunt Censuras ferre. XXXIX. 18.

Possunt absolvere à Censura juris. 96.

Nisi sit reservata. 97.

Parochus excommunicatus valide assistit matrimonio. 171.

Et valide etiam dat licentiam assistendi alteri. 172.

Potest Parochus absolvere ab Excommunicatione minori. 205.

Et ab interdicto personali speciali, non reservato. 401.

Parvitas Materiæ.

An parvitas materiæ excuset Censuratum, ministrantem in Censura Ecclesiastica. XXVII. 14.

An violatio Sigilli Sacramentalis possit fieri peccatum veniale ob parvitatem materiæ. XXXVIII. 77.

An, & quando ob materiæ parvitatem peccatum veniale possit esse transgressio Suspensionis? 307.

Pa.

RERUM ET VERBORUM.

Pascha.

Licet Confessionis annue in scripto nullum determinatum sit tempus, jure tamen non scripto per consuetudinem per antiquam determinatum ei est tempus Paschale. XXXVIII. 19.

Qui legitime impeditus, vel ex negligentia preceptum Confessionis annue, & Communionis Paschalis non implevit, tenetur id facere, quamprimum commode potest. 20.

Passio.

Ex subita passione, animo non plenè advertente, percutiens Clericum excusatur ab Excommunicatione Canonis, maxime si ab hoc prius percussus fuerit. XXXIX. 232.

Pater.

Injuria illata filio redundat in Patrem. XXXVI. 13.

Atque hinc Actio injuriarum competit Patri ex tali injuria etiam proprio nomine. ibid. & n. 19.

Non potest filius invito Patre, in cujus potestate est, condonare injuriam sibi illatam; potest Pater, invito filio, nisi iste sit eminentioris conditionis, quam pater. 50.

Filii non excommunicati communicare cum patre excommunicato possunt. XXXIX. 188.

Et vicissim pater non excommunicatus cum filiis excommunicatis. 189.

An pater filium Clericum delinquentem punire possit. 240.

Paterfamilias.

Quanam actio detur in Patrem, ex cujus aedibus projectum, vel effusum aliquid est cum damno prætereantium? XXXVI. 101.

Patronus.

Delictum, contra patronum perpetratum, atrociori pœnâ est dignum. XXXVI. 39.

Pauper.

Si Excommunicatus sit pauper, potest fructus Beneficii, quibus privatur ob excommunicationem, etiam, applicare sibi, nisi forte certo operi pio fusus sit applicare. XXXIX. 160.

Pauperies.

Que actio detur contra dominum, cujus quadrupes pauperiem fecit? XXXVI. 103.

An obligatio damnum hoc reparandi detur etiam in conscientia? 104.

Peccatum.

Peccata venialia, & mortalia jam semel rite subiecta clavibus sunt materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ. XXXVIII. 5.

An precepto Confessionis annue teneatur etiam ille, qui peccati venialis tantum sibi conscius est. 16.

Pecunia.

An Judex Ecclesiasticus decernere pœnam pecuniariam possit? XXXVII. 178.

Quibus usibus applicanda sit pœna ista ab eo imposita. 182.

In foro Seculari pœna hæc hodie usitatissima est. 217.

Pensio.

An, & quomodo irregularis privetur Pensionibus? XXXVII. 100.

Utrum Excommunicatis valide possit conferri pensio? XXXIX. 152.

Percussio.

Dupliciter potest fieri percussio, manu, & lingua: manu percutientes maledici, lingua percutientes maledici appellantur. XXV. 1.

Percutere alium specialiter prohibitum est Clerico. ibid.

Quibus id liceat? 2.

An Prælati Clericos sibi subditos disciplinae causâ possit percutere manu propria. 5.

Et si per alium, per quem. 6.

Qualis debeat esse ista percussio? 7.

Pœna Clerici percussoris. 8.

Hodierna observantia circa hoc. 10.

Privilegia. 11.

Quando Clericus percussor deponi possit etiam ob percussorem non enormem. 12.

Clericus, qui ob percussorem alterius Clerici Beneficii suis privatus est ipso jure, potest ea retinere usque ad sententiam declaratoriam criminis. XXXVII. 52.

Ut incurratur Excommunicatio Canonis non sufficit, quod aliquis voluerit Clericum percutere, sed requiritur actus.



*Actualis injectio manuum.* XXXIX.

- Et quidem violenta.* 226.  
*Facta suadente Diabolo : ubi quando sic facta censeatur?* 227.  
*Percussio, facta justæ defensionis causâ cum moderamine debito, non inducit excommunicationem Canonis.* 228.  
*In continenti tamen debet fieri percussio.* 236.  
*An excommunicationem incurrat, qui delinquentem ex industria expectat, & secreto observat, ut venientem percussit?* 238.  
*An Pater, aut alii propinqui, vel consanguinei Ecclesiasticos sibi subditos punire possint?* 239.  
*Quenam sit percussio enormis, seu atrox? gravis, seu mediocris, & levis?* 240.

**Perduellis.**

*Perduellium bona etiam post mortem confiscantur.* XXXVII. 16.

**Peregrinus.**

*Quis absolvere peregrinos à casibus reservatis possit?* XXXVIII. 57.  
*Utrum Episcopus censuram ferre possit in peregrinum.* XXXIX. 47.

**Permutatio.**

*Qui ipso jure privatus est Beneficio suo, non potest illud amplius permutare.* XXXVII. 129.  
*Potest, qui per Sententiam eo privandus venit.* 130.

**Physiognomici.**

*Non tenentur actione injuriarum, si consulti ex lineamentis manuum, aut figura corporis respondent, aliquem v. g. esse jurem, qui talis non est.* XXXVI. 6.

**Pignorationes.**

*V. Repressalia.*

**Piscatio.**

*Sub nomine generico Venationis comprehenditur.* XXIV. 1.  
*In lacu alieno contra Domini voluntatem illicita est.* 2.

**Pœna.**

*Pœna Clerici, vel Religiosi Venatoris.* XXIV. 9.  
*Clerici Percussoris.* XXV. 8.  
*Maledicorum in proximum.* XXVI. 4.  
*In Principem Secularem.* 5.  
*In Pontificem.* 6.  
*Vel alium Prælatum Ecclesiasticum.* 10.  
*In DEUM.* 15.  
*Pœna Clerici depositi ministrantis, in Ordine, vel Officio sibi prohibito.* XXVII. 1.  
*Ministrantis in censura Ecclesiastica?* 2.  
*Ministrantis in Ordine non suscepto.* XXVIII.  
*Per saltum promoti.* XXIX. 3.  
*Furtivè suscipientium Ordines.* XXX. 6.  
*Deficientis in Purgatione.* XXXIV. 40.  
*Injuriarum.* XXXVI. 24.  
*Libelli famosi.* 34.  
*Indicentium Repressalias contra Personas Ecclesiasticas, & horum bona.* 116.  
*Pœnæ Desinitio.* XXXVII. 1.  
*Requisita, ut justè imponatur.* 2.  
*Ejus diversa acceptio.* 4.  
*Et divisio.* 5.  
*Conventionalis à quo solvi debeat?* 6.  
*An tota pœna Conventionalis solvi debeat ab eo, qui Contractum observavit ex parte tantum?* 7.  
*Varia Subdivisiones Pœnæ Vindicativæ.* 11.  
*Quodnam sit subiectum Pœnæ?* 15.  
*Quoties delinquens puniendus?* 23.  
*Quid iudici in infligenda pœna sit attendendum?* 26.  
*An Judex loco pœnæ ordinariæ possit imponere extraordinariam, vel eam omnino remittere?* 31.  
*Quid circa remissionem, vel mitigationem pœnæ possit Supremus Princeps, aut Status Imperii, jus aggratiandi habens?* 32.  
*Quid Judex inferior, cui Jus aggratiandi non competit?* 36.  
*An debeat a reo pœna in conscientia ante sententiam.* 44.  
*Quando debeat pœna Conventionalis.* 45.  
*Quando pœna ipso jure lata?* 46.  
*An, quando Lex publicationem bonorum ipso jure imponit, reus ante sententiam Declaratoriam statim amittat illorum dominium.* 54.  
*Quid operentur verba, absque alia declaratione, vel Nulla monitione prævia, addi non raro solita in Legibus, quæ jure, & facto ipso privant rebus ante possessis.* 60.  
*Quas Pœnas teneatur exequi delinquens post latam sententiam?* 63.  
*Pœnæ aliquæ sunt Spirituales, inter quas I. est irregularitas. V. Irregularitas.* II. Pri-

RERUM ET VERBORUM.

II. Privatio Beneficii Ecclesiastici. V. Beneficium Ecclesiasticum.  
 III. Depositio. V. Depositio.  
 IV. Degradatio. V. Degradatio.  
 Aliæ sunt Temporales: inter quas I. est Infamia. V. Infamia.  
 II. Multa Pecuniaria. V. Pecunia.  
 III. Incarceratio. V. Carcer.  
 IV. Tortura. V. Tortura.  
 V. Confsecatio honorum. V. Fiscus.  
 VI. Detrusio in arctum Monasterium. V. Monasterium.  
 VII. Verberatio, seu Flagellatio. V. Flagellatio. Verberatio.  
 VIII. Exilium, sive Relegatio. V. Exilium Relegatio.  
 Pœna in foro Civili iustate aliæ sunt Capitales: ubi, quænam hoc nomine veniant. 206.  
 Aliæ non Capitales: quarum aliquæ sunt Corporales, ut Inussio Stigmatum, Exoculatio &c. 209.  
 Aliæ ad pœnas animi pertinent, ut Infamia. 216.  
 Aliæ sunt pecuniarie. 217.  
 Quo etiam pertinet confsecatio honorum. 218.  
 Quando damnatorum bona à Fisco vindicari possint. 219.  
 Pœna neglectæ Confessionis annuæ. XXXVIII. 24.  
 Violantis sigillum Sacramentale. 79.  
 Occisoris Presbyteri. 98.  
 Medici non monentis ægrotum de Confessione faciendâ. 101.  
 Violantis Suspensionem. XXXIX. 308.  
 Vel Interdictum. 304.  
 Aut Cessationem à Divinis. 423.

Pœnitentia.

Prelati Regulares, secluso privilegio, vel consuetudine legitime præscripta, non possunt imponere Pœnitentias publicas. XXXI. 4.  
 Actio injuriarum non tollitur susceptione Sacramenti Pœnitentiæ, & Eucharistiæ. XXXVI. 53.  
 Pœnitentiæ diversa acceptio. XXXVIII. 1.

Pœnitentiæ Sacramentum.

Pœnitentia est Sacramentum. XXXVIII. 2.  
 A Christo institutum. 4.  
 Hujus Forma. 3.  
 Materia. 5.  
 Minister. 6.  
 Necessitas. 7.  
 Quando urgeat ejus præceptum? V. Confessio.  
 Quid sit Approbatio, & quæ ejus necessitas? V. Approbatio.  
 Quid sit Jurisdictio Confessio, & quàm necessaria sit? V. Jurisdictio.  
 Quid sit Casuum Reservatio, & quinam casus reservari soleant. V. Reservatio.  
 R. P. Schmaczgrueber L. V. T. I. I.

Quid sit Sigillum Sacramentale, & quomodo observandum? V. Sigillum Confessionis.

An, & quibus tempore Interdicti administrari possit Sacramentum Pœnitentiæ. XXXIX. 133.

An administrari illud possit tempore cessationis à Divinis. 412.

Pœnitentia, ut est Satisfactio.

Aliæ est publica, aliæ privata. XXXVIII. 91.

Publica aliæ solennis, aliæ non solennis. 92.

Differentia inter istas. 93.

Qualis Pœnitentia imponenda sit pro peccatis publicis. 94.

Qua pœna plebatur occisor Presbyteri? 98.

Quæ sit pœna Medici, non monentis ægrotum de Confessione faciendâ? 101.

Quid sentiendum de muliere, quæ prolem ex adulterio suscepit, vel alienum partum infcio marito suppositum. 103.

An ista crimen manifestare teneatur saltem proli spuria, vel suppositiciæ? 108.

Ad quid teneatur Adulter? 112.

Pontifex.

Potest concedere privilegia in materia Spirituali indistincte in toto terrarum Orbe. XXXIII. 71.

Circa temporalia autem directè, & per se in suo territorio tantum, ubi dominium temporale habet; in Laicorum autem ditionibus solum indirecè, quatenus videlicet opus est per ordinem ad spiritualia, ibid.

Ad eundem pertinet cognitio, & definitio litis, inter Episcopum Diocesani, & Prelatum inferiorem agitata super exemptione istius. 274.

Irregularitatem indicere solus Pontifex potest. XXXVII. 71.

Ipsè verò Pontifex est ejusdem incapax. ibid.

Potest relaxare Irregularitatem quamcumque. 113.

Etiã illam, quæ orta est ex infamia Juris? 175.

An tollere Infamiam Juris possit etiam circa Laicos? ibid.

Pontifex habet Jurisdictionem ordinariam absolvendi à peccatis respectu totius Ecclesiæ. XXXVIII. 39.

Potest reservare absolutioni suæ peccata quorumcumque fidelium. 49.

Defacto tamen huic nulla sunt reservata, nisi quibus annexa est censura reservata. ibid.

Potest concedere Indulgentias cujuscunque generis. 120.

Estque potestas ista illimitata. 122.

Solus Pontifex concedit Jubileum. 143.

Potest ferre Censuras. XXXIX. 13.

# INDEX

*Ipsæ autem nullâ potest ligari Censurâ.* 40.  
*Ab Excommunicatione Canonis, Spectato Jure communi, & seclâs specialibus privilegiis, ac consuetudine, absolvere potest solus Pontifex.* 245.  
*Potest Interdictum Ecclesiasticum ferre.* 341.

## Populus.

*Quando exempta est Ecclesia, non hoc ipso exemptus est etiam populus.* XXXIII. 262.  
*Interdicto populo, non censetur Clerus interdictus, nec contra interdicto Clero, populus.* XXXIX. 338.  
*An populo interdicto, loca illius populi interdicta sint?* ibid.

## Præceptores.

*Quando Præceptores, aut Magistri Artium Liberalium possunt percutere suos Discipulos?* XXV. 2.  
*An etiam, si bi Clerici sint?* ibid.

## Prædicatores.

*FF. Prædicatores per privilegium, ab Innoc. VIII. concessum, si ex licentia sui Superioris iter agant, absolvi possunt à quocunque crimine, quantumcunque reservato, per quemvis Confessarium Regularem vel secularem.* XXXVII. 56.

## Prælatus.

*Possunt Prælati Ecclesiastici discipline causâ moderatè percutere Clericos, & Religiosos sibi subditos, V. Percussio.*  
*Maledicenti Prælato suo, si hoc ex temulentia, levitate, vel insania fecerit, est ignoscendum.* XXVI. 7.  
*Si animo injuriandi, & per ejusmodi maledictum soli personæ derogetur, injuria remittenda.* 8.  
*Si verò Dignitas ipsius per tale maledictum ledatur, condebitâ pœnâ est vindicandum.* 9.  
*Quomodo delinquant Prælati in inferiores sibi subditos?* XXXI. 4.  
*Quomodo subditi in suos Prælatos?* 5.  
*Prælati Papâ inferiores possunt dare privilegia in materia sibi subiecta.* XXXIII. 72.  
*An, & quando Prælatus cum Capitulo, vel Conventu renuntiare privilegio possit.* 183.  
*Clerici, & Religiosi exempti conveniri debent coram Prælato proprio, qui in illos Jurisdictionem quasi Episcopalem habet.* 251.  
*Injuria facta Religioso, redundat in Conventum, ejusque Prælatum, cui proin actio injuriarum propterea competit, etiam nomine proprio.* XXXVI. 13.

*Secus, si indirectè tantùm pertineat ad Monasterium, ut si Parentes Religiosi, aut Liberi in Saeculo relictî offendantur.* 20.  
*An pro injuria, illata novitio, agere possit Prælatus.* 21.

*Non possunt Religiosi, invito Prælato suo, condonare injuriam, sibi illatam; potest Prælatus, Religioso etiam reclamante,*

*10.*  
*Prælatus, qui ob malè factam rerum Ecclesiasticarum alienationem, vel aliud delictum commissum, Prælatuæ suæ dignitatem ipso jure amisit, potest illam retinere usque ad sententiam declaratoriam criminis.* XXXVII. 52.

*Prælati Regulares cum Religiosis, sibi subditis de Jure communi non possunt dispensare in irregularitate.* 120.

*Possunt autem ex motu proprio S. Pij V. ibid. idem possunt etiam quoad subditos suos seculares Prælati habentes propriam Dialecticam.* 121.

*Prælati, etiam inferiores Episcopo, in certo territorio exercentes Jurisdictionem quasi Episcopalem, possunt approbare Sacerdotes pro audiendis Confessionibus.* XXXVIII. 28.

*Prælati Regulares habent Jurisdictionem ordinariam absolvendi à peccatis respectu sui Ordinis, vel Monasterii.* 39.

*Prælati, etiam minores Episcopis, si exempti, & sedi Apostolicæ immediate subiecti sint, possunt eligere sibi Confessarium.* 45.

*Imò probabiliter etiam illi, qui immediate subjiuntur Provinciali, aut Generali suo.* ibid.

*Prælatus Regularis potest reservare peccata respectu sui Ordinis, vel Domus.* 49.

*Quinam Casus reservari à Prælatis Regularibus possunt.* 51.

*Prælati inferiores Episcopo, secluso speciali privilegio, indulgentias dare non possunt.* 121.

*Prælati, & præpositi Ecclesiarum Collegatarum, & alii, obtinentes Jurisdictionem in foro Ecclesiæ externo possunt Censuras ferre.* XXXIX. 13.

*Item Priores, & similes Præpositi, ac Superiores Regularium, etiam locales.* ibid.

*Abbatès, Guardiani, Rectores, Priores &c. possunt, sibi subditos, absolvere à Censuris Juris.* 95.

*Prælatus excommunicatus validè recipit Professionem Religiosam.* 173.

*Prælatus, discipline causâ percutiens Clericum, vel Religiosum sibi subditum, non incurrit excommunicationem Canonis.* 235.

*Potest subditos suos Regulares Prælatus Regularis absolvere ab excommunicatione Canonis, contraclâ ob percussione Clerici: & quando?* 255.

## RERUM ET VERBORUM.

Potest eosdem suos subditos Regulares ligare interdito personali, non tamen locali loca sibi subiecta. 341.

### Præscriptio.

Potest privilegium acquiri viâ præscriptionis. XXXIII. 94.  
 Neque ad hujusmodi præscriptionem opus est consensu Principis alio, quam generali. 95.  
 Requiritur tamen certum tempus: ubi, quale hoc esse debeat? ibid.  
 An, quando revocantur alicui privilegia, revocentur etiam, que præscriptione comparata sunt. 96.  
 Privilegia amitti viâ præscriptionis possunt. 187.  
 Quantum tempus ad hoc requiratur? 192.  
 Præscriptione 40. annorum acquiri potest Exemptio contra Episcopum. 259.  
 Præscriptione annua actio criminalis super injuria verbali extinguitur. XXXVI. 51.  
 Potestas censurandi acquiri potest præscriptione. XXXIX. 21.

### Presbyter.

Presbyter Venator duobus mensibus à communione arcetur. XXVI. 9.  
 Presbyterum occidens quâ pœnâ plectatur? XXXVIII. 98.

### Princeps.

Quid statutum sit in eos, qui maledicunt Principi Seculari. XXVI. 5. 10.  
 In quo privilegium differat à gratia, vel beneficio Principis? XXXIII. 6.  
 Potest Princeps conferre privilegia in sua materia, & ditione. 72.  
 Utrum à Principe, vel hujus Successore possit revocari privilegium gratis concessum subdito? 221.  
 An revocari ab eo possit concessum subdito per contractum. 224.  
 Princeps Supremus potest imponere pœnam ordinariâ minore. XXXVII. 31.  
 Delictum, contra Principem perpetratum, atrociori pœnâ est dignum. 39.  
 Solus Princeps, cujus auctoritate imposta est, tollere infamiam Juris potest. 175.  
 Qui si infamiam Juris tollat, irregularitas in ea fundata omnino cessat, ita, ut persona, sic fame restituta, ad Ordines, & Beneficia Ecclesiastica sine alia dispensatione promoveri valeat. 176.  
 Reges, & Principes possunt sibi eligere Confessarium. XXXVIII. 45.

### Privilegium.

Episcopo, præcipienti, vel interdicensi ali-

quid contra tenorem privilegiorum Apostolicorum, obedientia denegari potest. XXXI. 2.

In nonnullis tamen casibus Episcopi, tanquam Sedis Apostolicae Delegati, non obstantibus regularium privilegiis, possunt procedere contra illos vi concil. Trid. 3.  
 Privilegii diversa acceptio. XXXIII. 1.  
 Hujus Definitio. 2.  
 Definitionis explicatio. 3.  
